

# Universitätsbibliothek Wuppertal

## Opera Ciceronis Epistolica

Cicero, Marcus Tullius

Lvtetiae Parisiorum, ad Eidus Ianuar. Anno. MDXXII. Calculo Roma

M.T.Ciceronis epistolarvm ad.T.Pomponivm Atticvm  
liber.XIII.

---

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-687](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-687)



# Epistol. ad T. P. Atticum

Postmeridi  
anę & ma-  
tutine lifę.

lingua latina securi es animi, dices, q̄ talia cōscribis. ἀπόγραφα sunt, minore labore flunt. verba tamē affero, q̄bus abūdo. Ego, etsi nihil habeo, q̄d ad te scribā, scribo tamē, q̄a tecū loqui videor. Hic nobiscū sunt Nicias, & Valerius. Hodie tuas literas expectabamus matutinas, erunt fortasse alterę postmeridiane, nisi te Epiroticę literę impediēt, quas ego nō interpello. Misi ad te epistolas, ad Martianum, & ad Montanum: eas in eundem fasciculum velim addas, nisi forte iam dedisti. Vale.

## M. T. CICERONIS EPISTOLARVM AD T. POMPONIVM ATTICVM LIBER. XIII. T. P. ATTICO.

Hortos ha-  
beo.



**D** CICERONEM ita scripisti, vt neq̄ seuerius, neq̄ temperatius scribi potuerit, nec magis, q̄ quęadmodū ego maxime vellē. Prudentissime etiā ad Tullios. Quare aut ista pficiēt, aut aliud agam? De pecunia vero, video a te omnē diligentiā adhiberi, vel potius iā adhibitam esse. efficis em̄. a te hortos habeo. Nec vero vllum genus possessionis est, q̄d malim: maxime scilicet ob eā causam, q̄ suscepta est: cuius festinationē mihi tollis, qm̄ de estate polliceris, vel poti⁹ recipis. deinde etiā καταβίωσιν, molestitiāq̄ minuendam, nihil mihi reperiri potest aptius. cuius rei cupiditas impellit me interdum vt te hortari velim, sed me ipse reuoco. Nō em̄ dubito, quin quod

Ariarathes

Parochia:  
publ.

Refers ad  
me.

Aegypta  
libertus.  
Decē leg.

Magni in-  
terest mea.

me valde velle putes, in eo tu me ipsum cupiditate vincas. itaq̄ istuc iā p̄ facto habeo. Expecto quid istis placeat de epistola ad Cęsarē. Nicias te (vt debet) amat, vehementerq̄ tua sui memoria delectatur. Ego vero Peduceum nostrum vehementer diligo: nam & quanti patrē feci, rotum in hunc ipsum persequor: eque amo, atq̄ illum amaui. te vero plurimum, q̄ hoc ab vtroq̄ nostrum fieri velis. Si hortos inspexeris, & si de epistola certiorē me feceris, dederis mihi quod ad te scribam: sin minus, scribā tamē aliquid, nunq̄ deerit. Gratiōr mihi celeritas tua, q̄ ipsa res. quid em̄ indignius? Sed iā ad ista obduruimus, & humanitatē omnē exuimus. Tuas literas hodie expectabā, nihil equidē vt ex his noui. Quid em̄? Verūtamen Opio, & Balbo epistolas deferri iubebis. & tamē Pisonē sicubi de Auio. Faberius si venerit, videbis vt tantū attribuat, si modo attribuetur, quantū debetur. accipies ab Erote. Ariarathes Ariobarzani filius Romā venit, vult opinor regnū aliquod emere a Cęsare. Nā quomodo nunc est, pedē vbi ponat in suo nō habet, omnino eū Sestius noster parochiis publicis occupauit, q̄d quidē facile patior. Veruntamen q̄ mihi summo beneficio meo cū fratribus illius necessitudo est, inuito eū p̄ literas, vt apud me diuerse. Ad eā rē cū mitterē Alexandrū, has ei dedi literas. Cras igitur auctio Peducei, cum poteris, etsi impediēt fortasse Faberius, sed tamē cū licebit. Dionysius noster grauiter queritur, & tamē iure, a discipulis abesse tandiu. multis verbis scripsit ad me. credo itē ad te. mihi quidē videtur etiam diutius abfuturus, ac nollem. valde em̄ hominē desidero. A te literas expectabā. nondū scilicet, nā has mane rescribam. Ego vero ista nomina sic p̄bo, vt nihil aliud me moueat, nisi q̄ tu videris dubitare. Illud enim non accipio in bonā partem, q̄ ad me refers. Quid si ipse negotiū meum gererē? nihil gererem, nisi cōsilio tuo. sed tamē intelligo, magis te id facere diligentia, qua semp̄ vteris, q̄ q̄ dubites de nominibus istis. Etenim Cęlium nō probas, plura nō vis. vtrunq̄ laudo. His igitur vtendum, expers aliquando factus esset in his quidem tabulis. A me igit̄ omnia, q̄ dies longiores: teneamus modo, q̄d volumus. Puto fore istā etiā a p̄cone diem, certe ab heredibus. De Crispo, & Mustela videbis: & velim scire, quę sit pars duorum. De Bruti aduē tu eram factus certior, attulerat enim ab eo Aegypta libertus literas. Misi ad te epistolā, q̄a commode scripta erat. Habeo munus a te laboratum decem legatorum, & quidē puto. nam Silius natus anno, postq̄ fuit Consul Mumius. Sed quoniam sepius de nominibus queris qd placeat, ego tibi quoq̄ sepius respōdebo placere. Si qd poteris cum Pifone, cōfficies. Auus. n. videtur in officio futurus. Velim autē possis: si minus, vtiq̄ simul sim⁹ cū Brutus in Tusculanū veniet. magni interest mea, vna nos esse. scies autē, q̄ dies is futurus sit, si puero negotiūm dederis, vt querat. Spuriū Mumiū putarā in decē legatis fuisse, sed videlicet εὐλοπὴν fratris fuisse. Fuit em̄ ad Corinthū. Misi tibi Torquarū. Colloquere tu qdem cum Silio, vt scribis, & tu verge. Illam diem negabat esse mense Maio, istam non negabat. Sed tu, vt omnia,



istuc quoq; ages diligēter. De Crispo, & multis scilicet cū qd egeris, quoniā ad Brutū aduētū fore te nobiscū polliceris, satis est, p̄sertim cū hic tibi dies in magno nostro negotio cōsumatur. De aqueductu p̄be fecisti, colūnariū vide, ne debeamus, q̄q; mihi videor audisse iā illic commutatā esse legē. Pisoni quid est, qd̄ honestius respōdere possim, q̄ solitudinē Catonis? nec cū heredibus solū Herēnianis, sed etiā vt scis (tu em̄ mecū egisti) de puero Lucullo: quā pecuniam tutor (nā hoc quoq; ad rē pertinet) in Achaia sumpserat. Sed agit liberaliter, quoniam negat se quicq; facturū cōtra nostrā volūtātē, corā igit, vt scribis, cōstituemus, quē ad modum rē explicemus. Qz reliquos coheredes cōuenisti, fecisti plane bene. Qz epistolā meā ad Brutū poscis, nō habeo eius exēplū, sed tamē saluū est, & ait Tiro te habere oportere, et si, vt recordor, vna cū illius obiurgatoria tibi meā quoq; quā ad eum rescripserā, misi. Iudiciali molestia vt careā, videbis. Tuditanū istū proauum Hortēsi plane nō norā, & filiū, q̄ tū non potuerat esse legatus, fuisse putarā. Mumiuū fuisse ad Corinthū p̄ certo habeo. Sēp̄ em̄ hic Spurius, qui nuper est, epistolas mihi p̄nunciabat versiculis faceret, ad familiareis missas a Corintho, sed nō dubito, quin fratri fuerit legat⁹ nō in decē. Atq; hoc etiā accepi, nō solitos maiores nostros legare in decē, qui essent Imperatorū necessarij, vt nos ignari pulcherrimorum institutorū, aut negligētes pot⁹, M. Lucullum, & L. Murenā, & ceteros ad L. Lucullū misimus. Illudq; *εὐλογώτατον*, illum fratri in primis eius legatis fuisse. Operam tuā multā, qui & hęc cures, & mea expedias, & sis in tuis multo minus diligens, q̄ in meis. Sestius apud me fuit, & Theopompus pridie, venisse a Cesare narrabat literas. hoc scribere, sibi certū esse Romę manere, causamq; eā ascribere, q̄ erat in epistola nostra, ne se absente leges negligenter, sicut esset neglecta sumptuaria. Est *εὐλοπον*, idq; erā suspicatus. sed istis mos gerendus est, nisi placet hęc ipsam sententiā nos persequi, & Lentulū cū Metella fecisse diuortiu. Hęc omnia tu melius. Rescribes igitur, quicquid voles, dūmodo ne qd̄ iā em̄ nō reperio, qd̄ te rescripturum putē, nisi forte de Mustela, aut si Siliū videris. Brutus heri venit in Tusculanū post horam decimā, hodie igit me videbit, ac vellē, cū tu adesses: misi equidē ei nūciari, te quoad potuisses, expectasse eius aduentū, v̄turūq; si audisses, meq; vt facio, cōtinuo te certiore esse facturū. Nihil erat, qd̄ ad te scriberē, modo em̄ discesseras, & paulo post triplices remiseras. Velim cures eas titulū oluestorū deferēdū, & alicui des negotiū, q̄ querat Q. Faberij fundus nunquis in Pōpeiano, Nolano venalis sit. Epitōmē Brutū Celsianorū velim mihi mittas, & a Philoxeno *πρωατίς πρὶ προνοίας*. Te Idibus videbo cū tuis. Cōmodū discesseras heri, cū Trebatius venit, paulo post Cultius hic salutādī causa, sed māsit inuitatus. Trebatiu nobiscum habemus. Hodie mane Dolabella, multus sermo ad multū diem, nihil possum dicere *ἐκτενέσσειον*, nihil *φιλοσοφώτατον*. Ventum est tamen ad multa *ἄφρατα, ἀσύνηκτα*, sed vnum eius modi, qd̄ nisi exercitus sciret, non modo Tironi dictarē, sed ne ipse quidē auderē scribere. sed haecenus. *εὐκαίρως* ad me venit, cū haberē Dolabellā, Torquatus: humanissimeq; Dolabella, q̄ bus verbis fecū. egissem, exposuit. commodū em̄ egeram diligentissime, quę diligentia grata est visa Torquato. A te expecto, si quid de Bruto, q̄q; Nicias confectum putabat, sed diuortiu nō probari. quo etiā magis laboro idem, qd̄ tu. Si qd̄ est enim offensionis, hęc res mederi potest. Mihi Arpinū eundū est: nā & opus est constituta nobis illa p̄diola: & vereor, ne exēdī potestas non sit cū Cesar venerit, de cuius aduētū eā opiniōnē Dolabella habet, quam tu coniecturā faciebas ex literis Messalę. Cū illuc venero, intellexeroq; qd̄ negotiū sit, cū ad quos dies rediturus sim, scribā ad te. Minime miror te, & grauitē ferre de Marcello, & plura verē rī periculi genera. Quis em̄ hoc timeret, qd̄ neq; acciderat antea, nec videbat natura ferre, vt accidere posset? Oīa igit metuēda, sed illud *πρὸς τὴν ἰσορίαν*, tu p̄sertim me reliquū cōsularē. Quid tibi Seruius, quid videtur? q̄q; hoc nullam ad partē valet scilicet, mihi p̄sertim, q̄ non minus bene actum cum illis putem. Quid em̄ sumus: aut quid esse possumus: domi ne an foris? Qz nisi hoc mihi venisset in mentē ista scribere, nescio quę, quo verterē me, nō haberem. Ad Dolabellam, vt scribis, ita puto faciendum, *κοινότερα*, quędā, & *πολιτικώτερα*. faciendum certe aliquid est, valde em̄ desiderat Brutus, si quid egerit, curabis vt scia: cui quidem q̄p̄riū agēdū puto, p̄sertim si statuit. Sermūculū em̄ omnē aut restrinxerit, aut sedarit. Sūt enim qui loquant etiā mecū, sed hęc ipse optime, p̄sertim si etiā tecū loquet. Mihi enim est in animo proficisci. XI. Cal. Hic em̄ nihil habeo, quod agam, ne hercule illic quidē, nec vsq; sed tñ illinc hodie Spintherē expecto. Misit em̄ Brutus ad me, p̄ literas purgat Cesarem de interitu Marcelli, in quē ne si insidijs quidē ille interfectus esset, caderet vlla suspitio. Nunc

Colūnariū.

Herēnianī heredes.

Conuenisti

Pro certo.

Lentulī diuortiu.

Triplīces.

Epitome. Commodū

Multū diē.

Nō modo. Tēp̄stīue.

Opus est.

Marcelli cedes.

Sermūcul⁹



## Epistol. ad T. P. Atticum

vero, cum de Magio constet, nōne furor eius omnē causam sustinet: plane qd sit, nō intelligo. Explanabis igit. q̄q̄ nihil habeo, qd dubitē, nisi ipsi Magio q̄ fuerit causa amētis, p̄ quo q̄ dem etiā spōsor factus, & nimirū id fuit, soluēdo em̄ nō erat: credo em̄ petiisse a Marcello ali quid, & illū, vt erat, cōstātius respōdīsse. οὐ δ' ὄναδος, credebā esse facile totū. Est aliud, postea q̄ sum a te diūctior, sed fuit faciēdū, vt & cōstituerē mercedulas p̄diorū, & ne magnū onus obseruantis Bruto nostro imponerē. Posthac em̄ poterimus cōmodius colere inter nos in Tusculano. Hoc autem tēpore, cum ille me quotidie videre vellet, & ego ad illū ire nō possem, priuabatur omni delectatione Tusculani. Tu igit, si Seruilia venerit, si Brutus quid egerit, etiā si cōstituerit, quādo obuiā, quicquid deniq̄ erit, qd scire me oporteat, scribes. Pisonē, si poteris, cōuenias. Vides q̄ maturū sit: sed tñ, qd cōmodo tuo fiat. Valde me momorderūt epistolę tuę de Attica nostra: eadē tamē sanauerūt. Qz em̄ te ipse cōsolabare eisdē literis, id mihi erat satis firmū ad leniendā agritudinē. Ligarianā p̄clare vendidisti: posthac quicquid scripsero, tibi p̄coniuū deferā. Qd ad me de Varrone scribis, scis me antea orationes, aut ali qd id gen⁹ solitū scribere, vt Varronē nusq̄ possem intexere. Postea autē q̄ hęc cœpi φιλολογώτερα, iā Varro mihi denūciauerat magnā sane, & grauē προσφώνησιν. Bienniū p̄terit, cum ille καλλιπιδος assiduo cursu cubitū nullū p̄cesserit. Ego autē me parabā ad id, quod ille mihi misisset, vt αὐτῶς ἔσθ' μέγιστον, λώιον, si modo potuissē. nā hoc etiā Hesiod⁹ ascribit αἴκε δύνηαι. Nunc illam πρὶ τελῶν σύνταξις sane mihi p̄batā, Bruto, vt tibi placuit, de p̄dīmus, idq̄ eū non nolle mihi scripsisti. Ergo illam ἀκαδημικῶς, in qua homines nobiles illi quidē, sed nullo modo philologi, nimis acute loquunt, ad Varronē transferamus: etenim sunt ἀνὰ χεῖρα, q̄ iste valde p̄bat. Catulo, & Lucullo alibi reponemus, ita tamē, si tu hoc p̄bas, de q̄ eo mihi rescribas velim. De Brimmana auctione accepi a Vestorio literas: ait sine vlla cōtrouersia rem ad me esse collatā, Romę videlicet, aut in Tusculano me fore putarūt, ad. VIII. Calē. Quintil. Dices igitur vel amico tuo, vel Othoni cohęredi meo, vel Labeoni nostro, paulum proferant auctionē, me circiter Non. in Tusculano fore cū Pifone. Erotē habes. De Scapulanis hortis toto p̄ctore cogitemus: dies adest. Commotus tuis literis, q̄ ad me de Varrone scripseras, totā Academiā ab hominibus nobilissimis abstulī, trāstulīq̄ ad nostrū sodalē, & ex duobus libris cōtuli in quattuor. grandiores sunt oīno q̄ erāt, sed erāt multa detracta. Tu autē mihi puelim scribas, qd intellexeris illū velle. Illud vtiq̄ scire cupio, quę intellexeris ab eo ζηλοτυπείας, nisi forte Brutum idē edere restabat, sed tñ scire puelim. Libri qdē ita exierūt (nisi forte me cōmunis φιλαντία decipit) vt in tali genere, ne apud Gręcos qdē simile quicq̄. Tu illā iacturā feres ex quo αἶο, q̄ illa q̄ habes de Academicis, frustra descripta sunt: multo tñ hęc erūt splēdidiora, breuiora, meliora. Nūc autē ἀπρῶς quo me vertā. Volo Dolabellę valde desiderātī placere, nec reperio qd, & simul αἰδέομαι τρώασ. neq̄, si aliud qd, potero μέμψιν effugere. Aut cessandum igitur, aut aliquid excogitandum. Sed quid, hęc leuia curamus? Attica mea obsecro te quid agit: quę me valde angit. Sed crebro regusto tuas literas: in his acquirē sco, tamen expecto nouas. Brimma libertus cohęres noster scripsit ad me velle, si mihi placet cohęredes, sed Sabinū Albū ad me venire. id ego plane nolo, hęreditas tāti nō est, & tamē obi re auctionis diē facile poterūt (est em̄. III. Iduū) si me in Tusculano postridie Nonarū mane conuenerint. q̄ si latius volēt proferre diē, poterūt, vel biduū, vel triduū, vel, vt videbitur, nihil em̄ interest. Quare, nisi iā p̄fecti sunt, retinebis hoīes. De Bruto si qd erit, de Casare si qd scies p̄teera, scribes. Illud etiā, atq̄ etiā cōsideres velim, placeat ne tibi mitti ad Varronē, qd scripsimus, etsi etiā ad te aliqd p̄inet. nā scito te ei Dialogo adiūctū esse. tertium opinor. Igit cōsiderem⁹: etsi nomina iā facta sunt, vel induci, vel mutari possunt. Quid agit obsecro te Attica nostra: nā triduo abs te nullas acceperā. nec mirum, nemo em̄ venerat, nec fortasse causa fuerat. itaq̄ ipse qd scriberē nō habebā, quo autē diē has Valerio dabā, expectabam ali quem meorū: q̄ si venisset, & a te qd attulisset, videbā nō defuturū qd scriberē. Nos cum flumina, & solitudinē sequeremur, quo facilius sustētare nos possem⁹, pedē e Villa adhuc egres si nō sumus: ita magnos, & assiduos imbres habebamus. Illā Academicę σύνταξις totam ad Varronē traduximus, q̄ nō fuit Catuli, Luculli, Hortēsi. Deinde, q̄ πρὸ τὸ πρῆρον nō videbatur, q̄ erat hoībus nota, nō illa quidē ἀπαυδυσία, sed in his rebus ἀτρεψία, simulac veni ad Villā, eosdē illos sermones ad Catonē, Brutūq̄ transtuli. ecce tuę literę de Varrone. ne mihi visa est aptior ἀνὰ χεῖρα ratio, sed tñ velim scribas ad me primū, placeat ne tibi aliqd ad illū: deinde, si placebit, hoc ne potissimū. Quid Seruilia, iā ne venit? Brutus etiam quid agit,

Mercedule p̄diorū.

Ligarianā p̄. ven.

Callipides. Hesiodus. Syntaxis de finibus. Academi. Philologi. Antiochea Reponem⁹

Acade. iiii. libri.

Philautia. amor sui

Vereor Troianos.

Induci. i. ex pugni, deleri

Pręter deorum.



Liber. XIII. Fo. CLXV.

& quando de Casare quid auditur? Ego ad Nonas, quemadmodum dixi, tu cum Pifone si quid poteris. De Sexto expectabam Roma aliquid, non imperassem igitur aliquid tuis, nunc eadem illa, quid Brutus cogitet, aut si aliquid egit, & quid a Casare. Sed quid ista que minus curo? Attica nostra quid agat scire cupio. etsi tuque literę (sed iam nimis veteres sunt) recte sperare iubent, tamen expecto recens aliquid. Vides propinquitas quod habet, nos vero conficiamus hortos, colloqui videbamur, in Tusculano cum essem, tanta erat crebritas literarum, sed id quod iam erit. Ego interea admonitu tuo perfecisti sane argutulos libros ad Varronem, sed tamen expecto quod ad ea que scripsi ad te, primum quid intellexeris eum desiderare a me, cum ipse homo multo me lacerasset, deinde multo Hortensium minus, aut eos qui de re publica loquuntur, plane hec mihi explices velim. In primis maneat ne in sententia, ut mittam ad eum, que scripsi: an nihil necesse putas, sed hanc coram. Commodum discesserat Hilarus librarius, IIII. Cal. cui dederam literas ad te, cum venit Tabellarius cum tuis literis pridie datis, in quibus illud mihi gratissimum fuit, quod Attica nostra rogat te, ne tristis sis, quod tu esse scribis. Ligarianam, ut video, preclare auctoritas tua commendavit. Scripsit enim ad me Balbus, ac Oppius, mirifice se probare, ob eamque causam ad Casarem meam se orationem misisse. Hoc igitur idem tu mihi antea scripseras. In Varrone ista causa, ne non moueret, ne videret, sic enim constituebam, neminem includere in Dialogos, eorum qui viverent, sed quia scribis, & desiderari a Varrone, & magni illum aestimare, eos confeci, & absolvi, nescio quomodo bene, sed ita accurate, ut nihil posset supra. Academicam omnem que stionem libris quattuor, in eis que erant contra preclare collecta ab Antiocho, Varroni dedi, ad ea ipse respondeo. Tu es tertius in sermone nostro. Si Cottam, & Varronem fecissem inter se disputatis, ut a te proximis literis admoneor, meum esset, hoc in antiquis personis suaviter fit, ut & Heraclides in multis, & nos sex de re publica libris fecimus. Sunt etiam de Oratore nostri tres, mihi vehementer probati: in eis quoque eę personę sunt, ut mihi tacendum fuerit. Crassus enim loquitur, Antonius, Catulus senex, C. Iulius frater Catuli, Cotta, Sulpitius. Puerum me hic sermo inducit, ut nullę esse possent partes meę. Quę autem his temporibus scripsi, Aristotelicum morem habent, in quo sermo ita inducit ceterorum, ut penes ipsum sit principatus. Ita confeci quinque libros, ut Epicurea L. Torquato, Stoica M. Antonio, M. Pisoni darem. Hac Academica, ut scis, cum Catulo, Lucullo, Hortensio contuleram, sane in personas non cadebant. Erant enim que inutilia de iis omnia, & iniqua viderentur. Itaque ut legi tuas de Varrone, tamquam arripui, apertius esse nihil potuit ad id philosophię genus, quo ille maxime mihi delectari videbatur, easque partes, ut non sim consecutus, ut superior mea causa videatur. Sunt enim vehementer que diligenter a me expressa acumen habent Antiochi, nitore orationis nostrum, si modo is est aliquis in nobis. Sed tu dandos ne putes hos libros Varroni, etiam atque etiam videbis. Mihi quidam occurrunt, sed ea coram. A Casare literas accepi consolatorias datas pridie Cal. Martii Hispalis, de urbe augenda. Quid sit promulgatum, non intellexi, id sane scire velim. Torquato nostra officia grata esse facile patior, eamque augere non desinam. De uxore Tuberonis, & priuigna, neque possum iam abdere, (est enim res peruulgata) neque Tuberonem volo defendere. Mirifice est, n. Theatrum quidem sane bellum habuisti. Ego etsi hoc loco facillime sustentor, tamen te videre cupio, itaque, ut constitui, adero. Fratrem credo a te esse conuentum, scire igitur studeo quid egeris. De fama nihil sane laboro, etsi scripseram ad te tunc stulte, nihil enim melius curandum est, atque hoc: in omni vita sua queque a recta conscientia transuersum vnguentum non oportet discedere. Viden quomodo philosophos haud tu nos frustra existimas: Hęc in manibus habere, te nollem, quod nihil erat. Redeo, n. rursus eodem. Quicquam ne me putas curare in toto, nisi ut ei ne desim? Id agnosci licet, ut iudicia videar tenere, velle tam domestica ferre possem, quam ista conteneare. Putas autem me voluisse aliquid, quod profectum non sit? Non licet scilicet sententiam suam, sed tamen quę tunc acta sunt, non possum non probare, & tamen non curare pulchre possum, sicuti facio, sed nimium multa de nugis. Ad Hircium dederam epistolam sane grandem, quam scripseram proxime in Tusculano, huic quam tu misisti, rescribam alias, nunc alia malo. Quid possum de Torquato, nisi aliquid a Dolabella: quod simulacrum, continuo scieris. Expectabam hodie, aut ad summum cras ab eo Tabellarios, qui simul ac venerint, mittentur ad te. A Quinto expecto, proficiscens, n. e Tusculano. VIII. Cal. ut scis, misi ad eum Tabellarios. Nunc ad rem ut redeam, Inhibere illud tuum, quod valde mihi arriserat, vehementer displicet. Est enim verbum totum nauticum: quicquam id quidem sciebam, sed arbitrabar sustineri remos, cum inhiberi essent Remiges iussu, id non esse eiusmodi didici heri, cum ad villam nostram

Comodii.

Ligariana.

Academica.

ca.

De rep.

lib. vi.

De orato.

Aristotelis.

cus mos.

De fl. lib.

quinque.

Antiochi

acumen.

Hispalis.

Couetus.

Coscic. re.

vngue tra.

Antiochi

Antiochi

Antiochi

Inhibere.

Inhibere.

Inhibere.



## Epistol. ad T. P. Atticum

nauis appelleretur. Non enim sustinet, sed alio modo remigat. id ab ἐπιχθίς remotissimum est. quare facies, ut ita sit in libro quemadmodum fuit. Dices hoc idem Varroni, si forte mutauit. Nec est melius quicquam, quam ut Lucullus sustineat currum, equosque, ut bonus sepe agitator: semper Carneades προβολών pugilis, & retentionem aurige simile facit ἐπιχθίς ἐπιμόδωτος. Inhibitio autem remigum motum habet, & vehementiore quod remigatiois nauem conuertentis ad puppim. Vides quamto hoc diligentius curam, quam aut de Rumone, aut Pollione. De Pansa etiam, si quod certius. credo enim palam factum esse. De Critonio, si quod esset. certe, ne de Metello, & de Balbino. Dic mihi, placet ne tibi primum edere iniussu meo? Hoc ne Hermodorus quod faciebat, is qui Platonis libros solitus est diuulgare, ex quo λόποισι ἐπιμόδωτος. Quid illud? rectum ne existimas quicquam Bruto? cui te auctore προσφώνω. Scripsit. n. Balbus ad me, se a te quintum de finibus librum descripsisse, in quo non sane multa mutauit, sed tamen quodam addidit. Tu autem commode feceris, si reliquos continueris, ne & ἀδωρότατα, habeat Balbus, & ἑωλα, Brutus. Sed hec hactenus, ne videatur πρὸς μικρὰ πρὸς ἀλλήλους. etiam nunc quod maxima mihi sunt hec. Quid est enim aliud? Varroni quod, quem scripsi te auctore, ita propro mittere, ut iam Romam miserim describenda. ea si voles, statim habebis. Scripsi enim ad librarios, ut fieret tuis, si tu velles, describendi potestas. ea vero contineris, quoad ipse te videam. quod diligentissime facere soles, cum a me tibi dictum sit. Quomodo autem fugit me tibi dicere? mirifice Cerelia, studio videlicet philosophiae flagrans, describit a tuis. istos ipsos de finibus habet. Ego autem tibi confirmo (possum falli, ut humanus) eam non habere. nunc enim ab oculis meis abfuerunt. Tatum porro aberat, ut binos scriberet, vix singulos confecerit. tuorum tamen eo nullum delictum arbitror, itemque te volo existimare: a me enim premissum est, ut dicerem eos exire nondum velle. Huiusmodi de nugis? De re enim nihil habeo quod loquar. De Dolabella tibi assentior, cum haeres, ut scribis, in Tusculano. De Caesaris aduentu scripsit ad me Balbus non ante Cal. Sextil. De Attica optime, quam leuius, ac lenius, & quam fert ἐπιμόδωτος. Quod autem de illa nostra cogitatione scribis, in qua nihil tibi credo ea quam noui, valde probo hominem, domum, facultates: quod caput est, ipsum non noui, sed audio laudabiliora. De Scrofa, etiam proxime accedit, si quid hoc ad rem. ἐπιχθίς ἑστὶν est etiam, quam pater. Coram igitur, & propro quod animo ad probandum. Accedit enim quam patrem (ut scire te puto) plus etiam, quam non modo tu, sed quam ipse scit, amo: idque & merito, & iudicio. De Varrone non sine causa quid tibi placeat, tam diligenter exquiri. Occurrunt mihi quodam, sed ea coram. Te autem ἀσυνέτατα, intexui, faciamque id crebrius. Proximis enim tuis literis primum te id non nolle cognoui. De Marcello scripsit ad me Cassius antea τὰ κατὰ μέτρον, Seruius rem acerba. Ad prima redeo. Scripta nostra nusquam malo esse, quam apud te, sed ea tamen foras dari. cum utriusque nostrum videbitur. Ego & librarios tuos culpa libero, neque te accuso, & tamen aliud quiddam ad te scripseram. Cereliam quodam habere, quem nisi a te non potuerit. Balbo quidem intelligebam satisfaciendum fuisse, tantum nolebam, ut aut obsoletum Bruto, aut Balbo inchoatum dari. Varroni, simulac te videro (si tibi videbitur) mittam. Quid autem dubitarim, cum videro te, scies. Ad Tribunos quam appelles, valde probo. Te de praedio auiae exerceri, molestum fero. De Bruto nostro perodiosum, sed vita fert. Mulieres autem vix satis humane, quem inimico animo ferant, cum utraque officio pareat. Tullium scribam nihil fuit quod appelles: nam tibi mandassem, si fuisset. Nihil enim est apud eum positum nomine voti, sed est quiddam apud illum meum. id ego in hanc rem statui conferre. Itaque tibi recte dixi, ubi esset, & tibi ille recte negauit. hoc quoque ipsum continuo adoriamur. Locum hominibus non sane probo, quam est desertior, sed habet ἐυλογίω. Verum hoc quoque, ut censeris, quippe qui omnia. Ego, ut confirmatum, adero. atque utinam tu quoque eodem die. sin, (quid enim multa?) utriusque postridie. etenim coherere des aquis sine te opprimi malitia est. Alteris iam literis nihil ad me de Attica, sed id quod mihi in optima spe pono. Illud accuso, non te, sed illam, ne salutem quodam: at tu & illi, & Pylii plurimam, nec me tamen irasci iudicaris. Epistolam Caesaris misi, si minus legisses. Antemeridianis tuis literis heri statim rescripsi, nunc respondebo vespertinis. Brutus mallem me accerseret: nam & aequius erat, cum illi iter instaret & subitum, & longum: & mehercule nunc, cum ita simus affecti, ut non possimus plane simul viuere (Intelligis, n. profecto quo maxime posita sit συμβίωσις) facile patiebar nos potius Romam vna esse, quam in Tusculano. Libri ad Varronem non morabantur. sunt enim defecti, ut vidisti, tatum menda Librariis tollunt. De quibus libris scis me dubitasse, sed tu videris. Item quos Bruto mittimus, in manibus habet librarii. Mea mandata (ut scribis) explica, quod ista retentione omneis, ut ait ei Trebatius. quid tu istos putas? Nosti domum, quam confice ἐυαγῶς. Incredibile est, quam ego ista non curam. omni tibi asseueratione affirmo, quod mihi credas velim, mihi maiori offensionem esse, quam delectationem possessionum meas. Magis enim doleo, me non habere cui tradam,

Lucullus.  
Inhibitio.

Hermodorus.

Librarii.

Cerelia.

Tantum aberat.

Auiae.

Tull. scriba.

Eulogia.

Antemeridianae spe.



q̄ habere, q̄ vtar. Atq̄ illud Trebatius se tibi dixisse narrabat. Tu autē veritus es; fortasse, ne ego inuitus audirē. Fuit id qdē humanitatis, sed mihi crede, iā ista non curo. Quare da te in sermonē, & perleca, & cōfice, excita, cōpella, loquere, vt te cū illo Sceua loqui putes. Ne existimes, q̄ nō debita cōfictari soleant, qd̄ debeat remissuros. De die tātū videro, & id ipsum bono modo. Quid est hoc, qd̄ Hermogenes mihi Clodius, Andromedē sibi dixisse, se Ciceronē vidisse Corcyrē? Ego em̄ audita tibi putarā, nil igit̄, ne ei qdē literarū: an nō vidit? Facies ergo vt sciā. Quid tibi ego de Varrone rescribam? Quattuor *διφθέρα* sunt in tua potestate: quid egeris, id pbabo: nec tñ *ἀιδέομαι* *ῥῶσας*. Quid em̄? sed ipsi q̄ res illa probare, magis verbar. Sed quoniā tu suscipis in alterā aurem de retentione, rescripsi ad tuas accurate literas scriptas. Conficies igitur, & qdē sine vlla dubitatione, aut retractione, hoc fieri & oportet, & opus est. De Andromene, vt scribis, ita putarā. Scripsisses, n. mihi q̄ didicisses, tu tñ ita mihi de Bruto scribis, vt de te nihil. quādo aut̄ illū putas? Nā ego Romam pridie Iduū, ita volui Bruto scribere: sed quoniā tu te legisse scribis, sui fortasse *ἀφ᾽ ἑσῶρος*, me ex tuis literis intellexisse, nolle eū me, quasi psequēdi sui causa, Romā nūc venire. Sed quoniā iā adest meus aduētus, hęc quęso, ne qd̄ eū Idus impediāt, quo minus suo cōmodo in Tusculano sit. Nec enim ad tabulā eū desideraturus erā, in talī. n. negotio cultus vn̄ nō satis es, sed ad testamētū volebā, qd̄ iam malo alio die, ne ob eā causam Romā venisse videar. Scripsi igit̄ ab Brutū iā illud qd̄ putassem, Idibus nihil opus esse. Velim ergo totū hoc ita gubernes, vt ne minima quidē re vlla Brutī cōmodū impediamus. Sed qd̄ est tādē, qd̄ perhorrescas! quia tuo periculo iubeam libros dātī Varronī. etiā nūc si dubitas, fac vt sciamus. Nihil em̄ est illis elegātius: volo Varronē, presertim cū ille desideret, sed est, vt scis *δενός ἀνής τὰ χακέν* *καὶ ἀναίλιον ἀιδέω*. ita mihi sępe occurrit, vultus eius est q̄rentis fortasse vel hoc, meas parteis in his libris copiosius defensas esse, q̄ suas, qd̄ mehercule intelliges nō esse, si quando in Epeirum veneris. nā nūc Alexionis epistolis cedimus, sed tamē ego nō despero probatū iri Varronī, & id quoniā impensam fecimus in Macrocolla, facile patior teneri, sed etiā, atq̄ etiā dico, tuo periculo fiet. Quare, si addubitas, ad Brutū transeamus. est em̄ is quoq̄ Antiochius. O Academiā volaticā, & sui similē, modo huc, modo illuc. Sed quęso epistola mea ad Varronem valde ne tibi placuit? Male mihi sit, si vn̄ quicq̄ tā enitar. ergo ego, ne Tironi qdē dictaui, qui totas *ἡσιόχας* persequi solet, sed Spīnthero syllabatim. De Virgīlii parte valde probo. Sic ages igit̄. equidē id erat primū, & maximū Clodię. Qd̄ si neutrū, metuo ne turbē, & irruā in Drusum. intēperāsum in eius rei cupiditate, quā nosti. Itaq̄ reuoluor identidē in Tusculanū. Quiduis em̄ potius q̄ vt nō hac ætate absoluat. Ego, vt tēpus est, nostrū locū habeo nullum, vbi facilius esse possim, q̄ Asturę. Sed quia qui mecū sunt, credo q̄ mœlitiā meā nō ferūt, domū properant, etsi poterā remanere, tñ, vt scripsi tibi, proficiscor hinc, ne relictus videar. Quo aut̄ Lanuuiō coner equidē in Tusculanū, sed faciā te statim certiorē. Tu literas cōficies. Egdē credibile nō est, quantū scribā die, quin etiā noctibus. nihil est em̄ somni. Heri etiā effeci epistolā ad Casarem, tibi em̄ placebat, quā nō fuit malū scribi, si forte opus eē putares: vt qdē nūc est, nihil sane est necesse mittere. sed id quidē, vt tibi videbitur. mittā tamen ad te exēplū fortasse Lanuuiō, nisi forte Romā, sed cras scies. Epistolam ad Casarē, nobis vero semp̄ rectissime placuit, vt isti ante legerent. Aliter enim fuisset, & in hos inofficiosi, & in nosmetipsos, si illū offensuri fuimus, pene periculosi. Isti aut̄ ingenue, mihiq̄ gratū, q̄ quid sentirēt, nō reticuerūt. Illud vero vel optime, q̄ ita multa mutari nolūt, vt mihi de integro scribendī causa nō sit. q̄q̄ de Parthico bello qd̄ spectare debui, nisi qd̄ illū velle arbitrabar! Qd̄ em̄ aliud argumētū epistolę nostrę, nisi Collatia fuit? An si ea quę optima putarā, suadere voluisset, oratio mihi defuisset? Totis his igit̄ literis nihil opus est. Vbi. *πῶς ἴσθῃ* magnū nullū fieri possit, & *ἄπο τῶν τῶν* vel nō magnū molestū futurū sit, qd̄ opus est *παρὰ κινδύνον*; presertim cū illud occurat, illū cū antea nihil scripserim, existimaturū me, nisi toto bello cōfecto, nihil scripturū fuisse. Atq̄ etiā vereor, ne putet me hoc quasi Catonis *μείλιγμα*, esse voluisse. Quid quęris? Valde me pœnitebat, nec em̄ in hac qdē re quicq̄ magis vt vellē, accidere potuit, q̄ *ἄουδ᾽ ἡ* nostra nō est pbata. Incidisset em̄ etiā in illos, in eis in cognatū tuū. Sed redeo ad hortos. Plane illuc te ire nisi tuo magno cōmodo nolo. Nihil em̄ vrget. quicq̄ erit, operā Faberio ponamus. De die tñ auctōnis, si qd̄ scies, eū q̄ e Cumano venerat, q̄ & plane valere Atticā nūciabat, & literas se habere aiebat, statim ad te misi. Hortos qm̄ hodie eras inspecturus, qd̄ visum tibi sit cras scilicet. De Faberio aut̄ cū venerit. De epistola ad Casarē (iurato mihi crede) nō

Da te in sermonē.

Suscipere in alteram aurem.

Macrocolla. Brutus Antiochius. O Academiā volaticā. Periochē. Syllabatim Virgilius.



## Epistol. ad T. P. Atticum

**Affentatio turpis.** **Suasiones ad Alex.** **Alex. Magnus.** **Contuber. de pompa Quirini Cæsare.** **Proble. Archimediū.** **Insulitas.** **† Heros.** **† Heros.** **Semiliberi saltē sim⁹.** **De M. Pilio emit.**

possum. Nec me turpitudine deterret, etsi maxime debeat: q̄. n. turpis est assentatio, cū viuerē ipsum turpe sit nobis: sed vt cœpi, non me hoc turpe deterret, ac vellē qdē, (essē enim qui esse debebā) sed in mentē nihil venit. Nā quę sunt ad Alexandrū hominū eloquentiū, & doctorū suasiones, vides quibus in rebus versentur. Adolescentē incēsum cupiditate verissimę glorię, cupientē sibi aliquid consilii dari, qd̄ ad laudē sempiternā valeret, cohortantur. ad decus nō deest oratio. Ego quid possum? tamē nescio quid e quercu exculpsēram, qd̄ videretur simile simulacri. In eo q̄ nōnulla erant paulo meliora, q̄ ea quę sunt, & facta sunt, reprehendūtur, quod me minime pœnitet. Si em̄ p̄uenissent istę literę, (mihī crede) nos pœniteret. Quid tu? nō vides ip̄m illū Aristotelis discipulū summo ingenio, summa modestia, postea q̄ Rex appellatus sit, superbū, crudelē, immoderatū fuisse? Quid tu hūc de pōpa Quirini cōtubernalem, his nostris moderatis epistolis letaturū putas? Ille vero potius non scripta desiderat, q̄ scripta non probet. Postremo, vt volet. Abiit illud qd̄ tum me stimulat, qd̄ tibi dabā *πρόβλημα ἀρχιμήδων.* multo mehercule magis nūc opto casum illū quem tū timebam, vel quē libebit, nisi quid te aliud impediēt, & mihī oprato veneris. Nicias a Dolabella in magno opere arcessitus. Legi enim literas, etsi inuito me, tamē eodem me auctore profectus est. Hoc manu mea. Cum quasi alias res quęrerem de philologis e Nicia, incidimus in Talenā. Ille de ingenio nihil nimis, modestum, & frugi. sed hoc mihī nō placuit. Se scire aiebat ab eo nuper petitam Cornificiam, Quinti filiam, vetulam sane, & multarum nuptiarū, non esse probatam mulieribus, q̄ ita reperit̄ rē nō maiorē, DCCC. Hoc putauī te scire oportere. De hortis ex tuis literis cognouī, & Chrysip̄o in villa, cui⁹ insulitatē bene norā, video nihil, aut paucā, aut ad balnearia, tamē laudat maiora de minoribus: ait hyberna effici posse. Tecta igitur ambulatiuncula addenda est, quā vt tātā faciamus, quātā in Tusculano fecimus, prope dimidio minoris constabit isto loco. Ad id autē qd̄ volumus *ἀξιόθυμα*, nihil ap̄ius videtur q̄ lucus quē ego norā, sed celebritatē nullā tū habebat, nūc audio maximā. Nihil est qd̄ ego malim. In hoc *τὸν τύφον μὲ πρὸς θεῶν ἔσποφόρισον.* Reliquū est, si Faberius nobis nomē illud explicat, nolī q̄rere quanti. Othonem vincas volo, nec tamē insaniturum illum puto, nosse enim mihī hominē videor. Ita male autē audio ipsum esse tractatū, vt mihī ille emptor nō esse videatur. Quid em̄ pateretur? Sed quid argumētor? Si Faberitū explicas, emamus vel magno, sin min⁹, ne paruo quidē possumus. Clodiam igitur, a qua ipsa ob eam causam desiderare videor, q̄ & multo minoris sunt, & Dolabellę nomē, nam expeditū videtur, vt etiā representatione concludā. De hortis satis, cras aut te, aut causam, quā qdē futurā Faberianā, sed si poteris. Ciceronis epistolā tibi remisī. O te ferreū, qui illius periculis nō moueris, me quoq̄ accusat. Eā epistolā tibi misī, & illā alterā de rebus gestis, eodē exēplo puto. In Cumanū hodie misī Tabellariū, ei dedi tuas ad Vestoriū, quas Pharnaci dederas. Cōmodū ad te miserā Demeam, cū † Eros ad me venit, sed in eius epistola nihil erat noui, nisi auctōnē biduū. Ab ea igit̄, vt scribis, & velim confecto negotio Faberiano, quē quidē negat † Eros hodie, cras mane putat, a te colendus est. Ista autē *κολάζειν*, non lōge absunt ab scelere, vt spero perendie. Sicunde potes, erues. Qui decē legati Mumio fuerunt Polybius nō nominat. Ego meminī Albinū consularē, & Sp. Mumitū videor audisse ex Hortensio Tuditano, sed in Libonis Annalī. XIII. annis post p̄or est factus Tuditanus, q̄ Consul Mumius. nō sane quadratulo aliq̄ue Olympia, aut vbi visum *πρωτικόν σύλλογον*, more Dicęarchi familiaris tui. Quinto Calen. mane accepi a Demea literas pridie datas, ex qbus aut hodie, aut cras te expectare deberem. Sed vt opinor, idē quoq̄ ego, qui expecto tuū aduentum, morabor te. Non enim puto tam expeditū Faberianū negotium, etiā si est futurū, vt nō habeat aliquid morę. Cū poteris igit̄, quoniā etiā dū abes. Dicęarchi quos scribis libros, sane velim mihī mittas, addas etiā *καταβάσεις*. De epistola ad Cæsarem *κελευα*, atq̄ id ipsum, qd̄ isti aiūt illū scribere, se nisi constitutis rebus nō iturū in Parthos, idem ego semper suadebā in illa epistola: me vtrū liberet, facere posset auctore. Hoc enim ille expectat videlicet, neq̄ est factur⁹ quicq̄ nisi de meo consilio. Obsecro abiiciamus ista, & semiliberi saltē sim⁹. liberi saltē simus, qd̄ assequemur & tacendo, & latendo. Sed aggredere Othonē, vt scribis. Cōfice mi Attice istā rē. Nihil enim aliud reperio, vbi & in foro non sim, & tecum esse possim. Quanti autē hoc, mihī venit in mentē. C. Albanus proximus est vicinus. Is. CC. iugera de M. Pilio emit, vt mea memoria est, HS. CXII. omnia scilicet nūc minoris, sed accedit cupiditas, in qua p̄ter Othonē nō puto nos vllū aduersariū habituros. sed eū ipsum tu poteris monere, facilius etiā si Canum haberes. O gulam insulsam, pudet me patris. Rescribes, si qd̄ voles. Altes



Liber. XIII. Fo. CLXVII.

tam a te epistolā cū hodie accepissem, volui te mea vna contentū. Tu vero age qđ scribis de Faberio. In eo em̄ totū est positū id qđ cogitamus: quę cogitatio si nō incidisset (mihī crede istuc, vt cętera) nō laborarē. Quāobrē (vt facis, istuc em̄ addi nihil potest) vrge, insta, p̄fice. Dicęarchi πρὸ ψυχῆς vtrosq; velim mittas, & καταβάσεις, κλιανόν nō iuenio ī eplā eius, quā ad Aristoxenū misit. Treis eos libros maxime nūc vellē, apti eēnt ad id qđ cogito, Torquat⁹ Romę est, iussi, vt tibi daretur. Catulū, & Lucullū, vt opinor, antea. His libris noua procmia sunt addita, quibus eorū vterq; laudatur. Eas literas volo habeas, & sunt quedā alia. Et qđ ad te de decē legatis scripsi, parū intellexi. credo, quia διασκευίων scripseram. De C. Tuditano enim quęrebā, quē ex Hortensio audierā fuisse in decē. eum video in Libonis Prętorē L. Popilio, P. Rupilio Coss. annis. XIII. ante qđ Prętor factus est, Legatus esse potuisset, nisi admodum sero Quęstor est factus, qđ non arbitror. Video em̄ Curules magistratus eum legitimis annis perfacile cepisse. Posthumiū autē, cuius statuā in Isthmo meminisse dicis, sciebā fuisse. Is autē est qui cū Lucullo fuit, quē tu mihī addidisti. sane ad illū σύλλογον personā idoneam. Videbis igitur, si poteris, cęteros, vt possimus κμπεύσαι καὶ τῆς προσώπου negligentia miam. Semel ne putas mihī dixisse Balbum, & Faberiū professionē relatā, quin etiam eorū iussu miserim, qui profiteretur! Ira enim oportere dicebāt. Professus est Philotimus liberrus. Nosti credo librariū, sed scribis & quidē confectū. Ad Faberiū, vt tibi placet, literas misi. Cū Balbo autē puto te aliquid fecisse HS. in Capitolio. In Virgilio mihī nulla est δυσωπία, nec enim eius causa sane debeo. Et si emero, qđ erit qđ postulet! Sed videbis, ne is cum sit ī Africā, vt Cęlius. De noīe tu videbis cū Cuspio, sed si Plancus destinat, tū haberes difficultatem. Te ad me venite vterq; nostrū cupit, sed ista res nullo modo relinquēda est. Othonē qđ speras posse vinci, sane bene narras. De aestimatione, vt scribis, cū agere cęperimus, etsi nihil scripsit, nisi de modo agrī. Cū Pisone si qđ poterit. Dicęarchi librū accipies καταβάσεις expecto, negotiū dederis. Reperies ex eo libro, in quo sunt Senatusconsulta Cn. Cornelio, & L. Cos. De Tuditano autē qđ putas, ἐνλορεῖν est, tū illū qđ fuit ad Corinthū. Nō. n. temere dixit Hortensius ad Quęstorē Tr. Mil. idq; potius fuisse credo. Sed tu de Antiocho scire poteris. Vide etiā quo anno Quęst. aut Tr. Mil. fuerit, siue vtrū eadē in Prętura, aut in cōtubernio fuerit, mō fuerit in eo bello. De Varrone loquebamur. Lupus in fabula. venit. n. ad me, & quidē id tēporis, vt retinēdus esset. sed ego ita egi, vt nō scinderem penulam. Memini. n. tui, & multi erāt, nosq; imparati. Quid refert! Paulo post C. Capito cū T. Carrinate. Horū ego vix attigi penulā: tamen remāserūt, cecidit belle. Sed casu sermo a Capitone de vrbe augēda a Ponte Miluio ad Tiberim, pauci secūdū mōtes Vaticanos. Campū Martiū rū adificari. Illū autē Campū Vaticanum fieri quasi Martiū Campū. Quid ais inquā! At ego ad tabulā, vt si recte possem Scapulanos hortos. Caue facias, ingt, nā ista lex perferetur. Vult em̄ Cęsar audire me. Facile passus sum, fieri autē moleste fero. Sed tu, quid ais! qđ quid quęro! Nosti diligentia Capitonis ī rebus nouis perquirēdis, nō cōcedit Camillo. Facies igitur me certiorē de Idibus. Ista em̄ me res adducebat, eo adiunxerā cęteras: quas cōsequi tamē biduo, aut triduo post, facile potero. Te tū in tua re cōfici minime volo. quin etiā Dionysio ignosco. De Hircio qđ scribis, feci vt ei liberū esset qđ ad me attineret. Scripsi. n. ad eū heri Idibus Maii, ei⁹ opa mihī nihil opus esse. Asturā veni. VIII. Cal. Iulii, virādī em̄ caloris causa Lanuuii treis horas acquieuerā. Tu velim, si graue nō erit, efficias, ne ante Nonas mihī illuc veniendū sit. Id potes p Egnatiū Maximū. Illud in primis cū Publio me pene absente conficies, de quo, quę fama sit, scribes. Id populus curat scilicet. nō mercedē, arbitror. etenim hęc decārata erat fabula, sed cōplete paginā volui. Quid plura! Ipse em̄ adsum, nisi qđ tu prorogas. Scripsi em̄ ad te de hortis. O rē indignā. Gentilis tuus urbē auget, quā hoc biennio primū vidit, & ei parū magna visa est, quę etiā ipm capere potuerit. Hac de re igit expecto literas tuas. Varroni scribis, te simulac venerit, ei daturum. Dati igit iam sunt, nec tibi integrū est. Hui si scias quāto periculo tuo. Fortasse literę meę te retardarūt, si eas nondū legeras, cū has proximas scripsisti. Scire igitur aueo quomodo res se habeat. De Bruti amore, vestraq; ambulatione, etsi mihī nihil noui affers, sed idē qđ sape, tamen hoc audio libentius, quo sapius: eorū mihī iucundius est, qđ tu eo letaris: certiusq; eo est qđ a te dicis. Has alteras hodie literas. De Xenonis nomine, & de Epeiroticis. XL. nihil pōt fieri nec cōmodius, nec aptius, qđ vt scribis. Id erat locutus mecū eodē modo Balbus minor. Noui nihil sane, nisi Hirciū, cū Quinto acerrime p me litigasse: oib⁹ eū locis facere, maxieq; in cōiuliis, cū multa de me diceret, cū rediret ad patrē. Nihil aut habeo tā ἀξιόπιστος dicit, qđ

Dicęarchi  
de aīa libri

Virgilius

Lupus in  
fabula.  
Scindere  
penulā.  
Vix at, pe  
Vrbs au  
genda.  
Ad tabulā,

Dionysio  
ignoico.  
Astura,

Terent.  
Complete  
pag. vo.



## Epistol. ad T. P. Atticum

alienissimos nos esse a Casare: fidem nobis habendam non esse, me vero etiam cauendum. *φοβερὸν ἔστιν* nisi viderem scire Regem, me animi nihil habere. Ciceronem vero meum vexari, sed id quidem arbitratu tuo. Laudationem Porciae gaudeo me ante dedisse Leptem Tabellario, quam tuas acceperim literas. Ea tu igitur, si me amas, curabis, si modo mittetur, isto modo mittendam Domitio, & Bruto. De Gladiatoribus, de ceteris quae scribis *ἀνεμοφόρητα*, facias me quotidie certior velim. Si tibi videtur, appelles Balbum, & Offilium. De autione proscribenda, equidem locutus sum cum Balbo. Placebat Publio conscripta habere Offilium omnia. Habet & Balbus, sed Balbo placebat prope quum die, & Romae, si Caesar moraretur, posse in die tertium differre. Sed is quidem adesse videtur. Totum igitur considera, placet enim Vestorio. Vale. Ante lucem cum scriberem contra Epicureos, de eodem oleo, & opera exaravi nescio quid ad te, & ante lucem dedi. Deinde cum somno repetito simul cum sole exspectatus essem, datur mihi epistola a sororis tuae filio, quam ipsam tibi misi, cuius est principium, non sine maxima contumelia, sed fortasse *δουκ' ἐπέσκησε*. Est autem sic. Ego enim non probo quicquid non belle in te dici potest, posse vult in me multa dici non belle, sed ea se negat approbare. hoc quicquam potest esse impurius? Iam cetera leges (misi enim ad te) iudicabis. Brutum nostrum quotidianis, assiduisque laudibus, quas ab eo de nobis haberi permulti mihi renunciauerunt, commotum istum aliquando scripsisti aliquid ad me, credo, & ad te, idque ut sciam, facies. nam ad patrem de me quid scripserit, nescio, de matre, quae pie! Volueram inquit, ut quam plurimum tecum essem, conducere mihi domum, & id ad te scripseram: neglexisti. Ita minus multum vna erim, nam ego istam domum videre non possum. Qua de causa, scis, hanc autem causam pater odium matris esse dicebat. Nunc me iuua mihi Attice consilio, *πρότερον φωνήσας, ἢ σκολιῶς ἀπάταις*, id est verum aperte hominem asperner, ac respuam, *ἢ σκολιῶς ἀπάταις*. Ut enim Pindaro, sic *δίχα μοι νόος ἀρεκὲς εἰπῆν*. Oino moribus meis illud aptius, sed hoc fortasse temporibus. Tu autem quod ipse tibi suaseris, idem mihi persuasum puto. Ego vereor maxime, ne in Tusculano opprimar. In turba haec essent facilliora. Vtrum igitur Asture, quo Caesar subito iuua me queso consilio, utar eo, quod tu decreueris. O incredibilem vanitatem, ad patrem domo sibi carendum propter matrem plenam pietatis. Hic autem iam languescit, & ait tibi illi iure iratum, sed utar tuo consilio, *σκολιὰ* enim tibi video placere. Romam ut censes, veniam, sed inuitus: valde enim in scribendo hereo. Brutum, inquis: eadem scilicet, sed nisi hoc esset, res me ista non cogeret. Nec enim inde venit, unde mallet, neque diu fuit, neque ullam litteram ad me, sed tamen scire aueo, qualis ei totius itineris summa fuerit. Libros mihi, de quibus ad te antea scripsi, velim mittas, & maxime *φαιδρος*. Ita ne nunciat Brutus illum ad bonos viros *εὐαγγέλιος*, sed ubi eos: nisi forte se suspedit. Hic autem, ut fultum est. Vbi igitur *φιλοτέχνημα*, illud tuum: quod vidi in Parthenone cala, & Brutum. Sed quid faciat illud optime, sed ne eis quidem, qui omnium flagitiorum auctor, bene de nostro. At ego verebar, ne etiam Brutus eum diligeret. Ita enim significarat his literis, quas ad meas. At velle aliquid degustasse de fabulis, sed coram, ut scribis. Et si quid mihi auctor es, aduolone, an maneo: Equidem & in libris hereo, & illud hic excipere nolo: ad quem ut audio, pater hodie ad Saxa Acrimonia mirum quod inimicus ibat, ut ego obiurgarem, sed ego ipse. Itaque post fac. Tu tamen vide quid de aduentu meo censeas, & *τὰ ὄλα*, cras, si perspicere potuerint, mane statim, ut sciam. Ego vero Quinto epistolam ad sororem misi, cum ille quaeretur filio cum matre bellum, & se ob eam causam domo cessurum filio diceret. Dixi illum commodas ad matrem literas, ad te nullas, ille alterum mirabatur, de te autem suam culpam, quae sepe grauiter ad filium scripsisset de tua in illi iniuria. Quod autem relanguisse se dicit, ego ei tuis literis lectis *σκολιῶς ἀπάταις* significavi me non fore, tum enim merito Canai. Omnino, si id consilium placeret, esset necesse, sed ut scribis, ratio est habenda grauitatis, & vtriusque nostrum idem consilium esse debet, etsi in mea grauiore iniurie, & certe notiores. Si vero etiam Brutus aliquid afferet, nulla dubitatio est, sed haec coram. Magna enim res, & multae cautionis. Cras igitur, nisi quod a me comeat, venit ille ad me *καὶ μάλα κατηφής*. Et ego *σὺ δὲ, τί σίνης*, Rogas, inquit, quod iter instet: est iter ad bellum, idque tum periculosum, tum etiam turpe. Quae vis igitur inquam: as alienum, & tamen ne viaticum quidem. Hoc loco ego sumpsit quiddam de tua eloquentia, nam tacui, & ille. Sed me maxime angit auunculus. Quiddam inquam: Quod mihi, inquit, iratus est. Cur pateris inquam: Malo enim ita dicere, quam cur committis. Non patiar, inquit, cum non tollam, at ego. Rectissime quidem. Sed si graue non est, velim scire quid sit causa. Quia dum dubitabam quam ducere, non satisfaciebam matri, ita ne illi quidem. Nunc nihil mihi tanti est. Faciam quod voluit. Feliciter velim, inquam, te laudo, sed quando? Nihil ad me, inquit, de tempore, quoniam rem probat. Ego inquam sentio prius, quam proficiscaris, ita patri quoque morem gesseris. Faciam, inquit, ut censes.

**Dialogus.** Hic Dialogus sic conclusus est. Sed heus tu, die meum scis esse, III, Non, Iamuarii, Aderis igitur.



Scripseram iam. ecce tibi. orat Lepidus, vt venia. opinor augures nihil habere ad templum as-  
 fladu. Eatur *μια σὸς δ' ε*. Videbimus te igitur. Ego vero vtar prorogatione diei: tuq; huma-  
 nissime fecisti, qui me certiore feceris, atq; ita, vt eo tempore acciperem literas, quo non expectarem.  
 Tuq; vt ab ludis scriberes. Sunt omnino mihi quaedam agenda Romae, sed consequemur biduo. Post  
 suaues tuas literas, etsi acerba pompa, veritatem scire omnia non acerbum est, vel de tota. Popu-  
 lum vero praclarum, quod propter malum vicinum, ne victoria quidem plaudat. Brutus apud me fuit,  
 cui quidem valde placebat, me aliquid ad Caesarem. Adueram, sed pompa videt, tu tamen ausus es  
 Varroni dare. Expecto quod iudicet, quando autem perleget. De Attica probo. Est quiddam etiam ani-  
 mi leuari tum spectatione, tum etiam religione opinionis, & fama. Cottam mihi velim mittas.  
 Libonem mecum habeo, & habueram ante Cascam. Brutus mihi Titi Ligarii verbis nunciauit, quod  
 appelleretur L. Cursidius in oratione Ligariana erratum esse meum, sed vt aiunt *μνημονικὸν ἀμάρτη*  
*μα*, sciebam Cursidium pernecessarium Ligariorum, sed eum video ante esse mortuum. Da igitur queso ne-  
 gotium Pharnacii, Antiochi, Saluio, vt id nomen ex omnibus libris tollatur. Fuit apud me Lamia  
 post discessum tuum, epistolamque ad me attulit missam sibi a Caesare: quae quae ante data erat, quam ille  
 Diocharme, tamen plane declarabat illum ante ludos Romanos esse venturum. In qua extrema scri-  
 ptum erat, vt ad ludos omnia pararet, neve committeret, vt frustra ipse properasset. Prorsus ex  
 his literis non videbat esse dubium, quin ante eam diem venturus esset, itaque Balbo, cum eam epistolam le-  
 gisset, videri Lamiam dicebat. Dies feriarum mihi additos video, sed quam multos, fac si me amas, scias.  
 de Babio poteris, & de altero vicino Egnatio. Quod me hortaris, vt eos dies consumam in philoso-  
 phia explicanda: currentem tu quidem, sed cum Dolabella viuendum esse istis diebus vides. Quod nisi  
 me Torquati causa teneret, satis erat dierum, vt Puteolos excurrere possem, & ad tempus redire.  
 Lamia quidem a Balbo (vt videbat) audierat, multos nummos domi esse numeratos, quos oportet  
 teret quam primum diuidi, magnam pondus argenti. auctionem, praeter praedia, primo quoque tempore fieri  
 oportere. Scribas ad me velim quid tibi placeat. Equidem, si ex omnibus esset eligendum, nec dili-  
 gentiore, nec officiosiore facile delegissem Vestorio: ad quem accuratissimas literas dedi, quod  
 idem te fecisse arbitror. Mihi quidem hoc satis videtur. Tu quid dicis? Vnum enim pungit, ne negligenter  
 eum videamur. Expectabo igitur tuas literas. Pollex quidem, vt dixerat, ad Idus Sextilium, ita mihi  
 Lanuuii pridie Iduum praesto fuit, sed plane Pollex, non index. cognosces igitur ex ipso. Balbum conue-  
 ni. Leptra enim de sua vi in Curione laboras, me ad eum perduxerat. meo autem Lanuuius, quod Lepido  
 tradidit, ex eo hoc primum, paulo ante acceperam eas literas, in quibus magnopere confirmat ante  
 ludos Romanos, Legi epistolam. Multa de meo Catone, quem sapissime legendo se dicit copiosio-  
 re factum, Brutum Catone lecto se sibi visum disertum. Ex eo cognoui creationem testibus praesentibus  
 sexaginta diebus, metuebam, ne ille arcessendus esset. Non committendum est, vt meo iussu cernat.  
 Idem igitur Pollex etiam de hortis Cluuiianis egit cum Balbo liberalius, se enim statim ad Caesarem scri-  
 pturum. Cluuium autem Attico Hordeonio legare, & Terentiae HS. LIII. vtilia & sepulcro, multisque  
 rebus, nihil a nobis. subaccusa quod Vestorium. Quid minus praedatum, quam Plocium vnguentarium, per  
 suos pueros, omnia tanto ante Balbo: illum mihi Attice neque pro meos quod deos mihi doleo, dilexi hominem.  
 Quintum delegabo, si quod ari meo alieno superabit, & emprionibus, ex quibus mihi etiam es alienum  
 faciendum puto. De domo Arpini nihil scio. Vestorium nil est quod accuses. Iam, non obsignata hac epi-  
 stola, noctu tabellarius noster venit, & ab eo literas diligenter scriptas attulit, & exemplum testa-  
 menti. Posteaquam abs te Agamemno non vt veniret (nam id quoque fecissem, nisi Torquatus esset) sed  
 vt scriberem, fecit, omisi ea quae in manibus habebam, abiici, quod iusseras edolauit. Tu velim e Pollice  
 cognoscas rationes nostras sumptuarias. Turpe est enim nobis, illum, qualiscumque est, hoc primo an-  
 no egere. post moderabimur diligentius. Idem Pollex remittendus est, vt ille cernat: plane Puteo-  
 los non fuit eundem: cum ob ea quae ad te scripsi, tamen quod Caesar adest. Dolabella scribit, se ad me postridie  
 Iduum. O magistrum molestum. Lepidus ad me heri vespere literas misit Antiochi, nam ibi erat. habet  
 enim domum, quam nos vedidimus. Rogat magnopere, vt sim Calcedis in Senatu: me & sibi, & Caesari  
 vehementer gratum esse facturum, puto eodem nihil esse. Dixisset enim tibi fortasse aliquid Oppius. Bal-  
 bus est aeger. Sed tamen malim venire frustra, quam desiderari, si opus esset molestae ferre postea. Itaque  
 hodie Antium, cras ante meridiem domi. Tu velim sis (nisi te impediueris) apud nos pridie Cal-  
 cum Pylia. Te spero cum Publio confecisse. eodem Cal. in Tusculanum recurrat. Me enim absente omnia cum  
 illis transigi malo. Quod Fratris epistolam ad te misi, non satis humane illam quod respondente meis lite-  
 ris, sed tamen, quod tibi satis sit, vt equidem existimo, tu videbis. Heri nescio quid in strepitu vi-  
 deor exaudisse, cum diceres te in Tusculanum venturum: quod vtinam iterum, vtinam tuo tamen

Augures  
Ad templum as-  
flandum.

Memoriae  
vitiu seu  
peccatu.

Ludi Ro.

Currere tu  
quidem.  
Lamia.

Vestorius.

Pollex, non  
index.

Cato ma-  
ior Cic.  
Cato Bru-  
ti.

Plocius vn-  
guenta.

E pollice  
viro.  
Rationes  
sump.

Malim ve-  
nire fr. q. d.



## Epistol. ad C. P. Atticum

cōmodo. Lepta me rogat, vt si quid sibi opus sit, accurrā. Mortuus enim Babulius. Cæsar opī nor ex vnciā, etsi nihil adhuc, sed Lepta ex Triēte. Veretur autē, ne nō liceat tenere hereditatē, *ἀλότως* oīno, sed veretur tñ. His igit, si accierit, accurrā: sin minus, ante q̄ necesse erit. Tu Pollicē, cū poteris. Laudationē Porcię tibi misi correctā: ac eo ppauī, vt si forte aut Domitio filio, aut Bruto mitteres. Id si tibi erit cōmodū, magnope cures velim. & velim Marci Varonīs, & Ollii mittas laudationē. Ollii vtiq; nā illā legi. Volo tñ regustare. quedā. n. vix mihi credo legisse. Atticę primū salutē, quā egdē rure esse arbitror. Multā igit salutē & Pylia. De Tigellio si qd noui: qdē, vt mihi Gallus Fabius scripsit, *μὲν τιν ἀναφῆρα* mihi quādā iniquissimā, me Ephameā defuisse, cū eius causam recepissē: quā qdē receperā: cōtra, pueros Octauius Cn. F. nō libēter, sed Ephameā causa volebā. Erat. n. si meministi, in consulatus p̄titione per te mihi pollicitus, si qd opus esset. Qd ego p̄inde tuebar, ac si vsus essem. Is ad me venit, dixitq; iudicē operā dare: ibi cōstituisse eo die ipso, quo de Sestio nostro lege Pōpeia ī cōsiliū iri necesse erat. Scis em̄ dies illoꝝ iudicioꝝ p̄stitutos fuisse. Respōdi non ignorare eū, qd ego deberē Sestio: quē vellet aliū diē, si sumpsisset, me ei nō defuturū. Ita tū ille discessit iratus, puto me tibi narraffe. Nō laboraui scilicet, nec hoīs alieni iniustissimā iracūdiā mihi curā p̄taui. Gallo aut narraui, cū proximē Romę fui, quid audissem, neq; nominaui Balbū minorē. Habuit suū negotiū Gallus, vt scribit, ait illū me animi cōsciētia, q̄ Ephameam destituissem, suspicari. Quare tibi hactenus mādo, de illo nostro, si qd poteris, exgras: de me ne qd labores. Est bellū aliq̄e odisse libēter, & quēadmodū nō oībus seruire: etsi mehercule, vt intelligis, magis mihi isti seruiūt, si obseruare seruire est. Admonitus q̄busdā tuis literis, vt ad Cæsare yberiores lras mitterē, istituerā, cū mihi Balbus nup ī Lanuuiō dixisset, se & Oppiū scripsisse ad Cæsare, me legisse libros cōtra Catonē, & vehemēter probasse. Cōscripsi de his ipīs libris epistolā Cæsari, q̄ deferet ad Dolabellā, sed eius exēplū misi ad Oppiū, & Balbum: scripsiq; ad eos, vt tū deferri ad Dolabellā iuberēt meas literas, si ipsi exēplū p̄bassent. ita mihi rescripserūt, nihil vnq; se legisse melius. Epistolāq; meā iusserūt dari Dolabellā. Vestorius ad me scripsit, vt iuberē mancipio dari seruo suo p̄ mea parte Heterēio cuidā fundū Brinnianū, vt ip̄e ei Puteolis recte mancipio dare posset. Eū seruū, si tibi videbit, ad me mittes. Opinor. n. ad te etiā scripsisse Vestoriū de aduentu Cæsaris idē qd a te mihi scriptū est ab Oppio, & Balbo. Miror te nihil dū cū Tigellio, velut hoc ipsum, quantū acceperit, prorsus aueo scire, nec tñ floccifacio. Queris quid cogitē de obuīam irione. Quid cēses, nisi Alsiū! & qdē ad Murenā de hospitio scripserā, sed opinor cū Matio p̄fectū. Sallustius igit vrgebitur. Scripto iā superiore versiculo, Heros mihi dixit, sibi Murenā liberalissime respōdisse. Eo igit vtamur, nā Silius culcitras nō habet. Dida autē (opinor) hospitibus totā villā cōcessit. Ad Cæsare quā misi epistolā, eius exēplū fugit me tū tibi mittere, nec id fuit qd suspicaris, vt me puderet tui, ne ridicule Micillus. Nec mehercule scripsi aliter, ac si *πρὸς ἴσον ὁμοίον*, quē scriberē. Bene. n. existimo de illis libris, vt tibi corā. Itaq; scripsi *ἀκολακείτως*, & tñ sic, vt nihil eū existimē lecturū libētius. De Attica nūc demū mihi est exploratū, itaq; ei de integro gratulare. Tigelliū totū mihi, & quidē q̄primū. Nā pendeo animi, narraabo tibi. Q. Crassus, sed ad me, an ad te nescio, mihi scripsit Romā. VIII. Cal. sed misi, qui inuitaret. Etsi hercle Romā iam veniendū est, ne ille ante aduolet. O hospitē mihi tā graue *ἀμεταμέλητον*. Fuit em̄ pericūde. Sed cum secūdis Saturnalibus ad Philippū vesperī venisset, villa ita completa militibus, vt vix Tricliniū, vbi cōnaturus ipse Cæsare esset, vacaret, quippe hominū. CCCC. fane sum cōmotus, quid futurū esset postridie: ac mihi Barba Cassius subuenit, custodes dedit. Castra in agro. Villa defensa est. Ille terris Saturnalibus apud Philippū ad. VIII. Cal. nec quēq; admisit. rationes opinor cū Balbo. Inde ambulauit in littore. Post hęc in balneū, tū audiuit. De Mamurra non murauit, vnctus est, accubuit, *ἐμελέων* agebat. Itaq; & edit, & bibit *ἀδώς*, & iucūde, opipare fane, & apparate. nec id solū, sed bene cocto, & cōdito sermone bono. & si q̄ris, libēter. Præterea tribus Tricliniis accepti *ὁ πρὸς αὐτὸν* valde copiose. Libertis minus lautis, seruisq; nihil defuit: nam lautiores eleganter accepti. Quid multa! Homines visi sumus, hospes tñ, nouis qui diceres, amabo te, eodē ad me cū reuertere. semel satis est: *συνδραμόν οὐδὲν* in sermone, *φιλολόγα* multa. Quid queris! Delectatus est, & libenter fuit. Puteolis se aiebat vnū diem fore, alterum ad Baias. Habes hospitium, siue *ἐπιστάμιον* odiosam mihi dixi, non molestam. Ego paulisper hic, deinde in Tusculanum. Dolabellā villam cū præteriret, omnis armatorum copia, dextra sinistra ad equū, nec vsq; alibi. hoc ex Nicia. Vale.

Laudatio  
Porciæ,

Perinde ac,

Odisse ali  
quē libēter  
bellū est.

Mancipio  
dare.

Heros.  
Culcitras  
nō habet.

Pēdeo ani  
mi,  
Cæsar  
hospes.

Cœnē ap  
paratus.